



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 52. Controversia de Annulo B. Virginis

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

& Longinus dicebatur, ac Canonicus Cracoviensis, necnon paulo post Leopoliensis Archiepiscopus renunciatus fuerat. Scripsit Poloniæ historiam typis excusam, cujus authographum Romæ in Bibliotheca Patrum Oratorii S. Philippi Nerei asservatur. Plurimum commendatur a Pio II. summo Pontifice; erat enim Vir omni laude dignus, & tam nobilitate generis, quam virtutum, eruditionis, ac singularis in rebus gerendis dexteritatis fama insignis, qui quamvis multa a Casimiro Rege propter Sbigneum Cardinalem perpeffus esset, postea tamen ab eodem Principe ob meritorum præstantiam multis beneficiis cumulatus est, adeo, ut Rex ipse & liberorum suorum educationem & gravissimas legationes eidem, explorata Viri probitate, commiserit. Exequiæ illius magnifica pompa celebratæ sunt, quibus Michovius, ut ipse refert, interfuit, qui etiam Dlugossi vitam moresque fufius describens, cunctas hujus Viri lucubrationes recenset.

Sæcul. XV.
C.A. 1480.

§. LII.

Controversia de Annulo B. Virginis.

Exeunte Mense Decembri summus Pontifex dirimere nitebatur controversiam inter Perusinos, & Clusinos Cives

Bzov. annal. eccl. ad ann. 1480.

E 2

exor-

Sæcul. XV. exortam. Hæc occasionem naçta est et
A.C. 1480. Annulo nuptiali, quem Beatissimæ Vir-
 ginis S. Josephus ejusdem Sponsus dona-
 verat. Perusini, qui hunc annulum a
 se divina virtute delatum contendebant
 hujus sacræ reliquiæ recuperationem
 tantopere cordi habebant, ut omnia sua
 bona, vitamque profundere parati essen-
 dummodo hunc thesaurum Clusinis Clu-
 vibus, qui eum furto sustulerant, eripere
 possent. Equidem summus Pontifex
 hanc controversiam eo pacto componere
 peroptabat, ut Sacer annulus Romanæ
 deferretur, atque in quamdam hujus-
 modii Ecclesiam recondideretur: nihilomi-
 nus hac in re supremæ auctoritatis sui
 potestate uti reformidabat, veritus, ne
 inde seditio suscitaretur. Quapropter
 indecisam permansit usque ad ejus Suc-
 cessorem Innocentium VIII. Papam, qui
 hujus annuli possessionem Perusini
 confirmando, controversiæ finem impe-
 suit. Totius rei historiam luculenter de-
 scripsit Joannes Baptista Laurus itidem
 Perusinus, hancque in rem commenta-
 rium edidit Romæ Anno Domini mille-
 simo sexcentesimo vigesimo secundo typis
 impressum. (*)

§. LIII.

(*) De veritate hujus reliquiæ utiliter le-
 gendus est Prosper Lambertinus postea Be-
 nedicti-